



Per.
Lat
020

Prodit Budapestini VIII., Szentkirályi-u. 28. Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae subscriptionis: 4 corone, in Germania 5 M., in Gallia 5 F. 25 c. □ □ Prostat Parisiis in aedibus Croville-Morant, 20 rue de la Sorbonne. — Teleph. 49—21. □ □

Carolus Dickens,

(1812—1870.)

qui imposito¹ nomine¹ *Boz* plurimam operum partem edidit, ante hos centum annos VII. Id. Febr. in Britanniae urbe Landport natus est, ubi ludum² frequentabat; mox paupertate impulsus scriba advocati³ cuiusdam factus est.

Ad rerum⁴ cognitiones⁴ augendas thesauros Musaei Britannici diligenter frequentabat. Mox scribere coepit et opuscula prima in ephemeridibus diversis edidit.

Viginti quattuor annos natus prodiit volumen⁵, quod *Sketches of London* (Species Londinenses) inscribitur. Hoc opere et magis etiam eā fabulā⁶ Romanensi,⁶ quae nomine *Pickwick-papers* (Commentarii Pickwickiensium) cir-



cumfertur,⁷ magnam iam gloriam assecutus est.

Paulo post emittebatur *Oliver Twist*, libellus, quo fortunam gravem plebis infimae descripsit, quo lecto multos vestrum vehementer commotos⁸ esse puto.

Interim in Americae urbibus recitabat opera sua, quibus ad gloriam acquisitam magnus cumulus⁹ accessit.⁹ Nec parvi¹⁰ aestimandae sunt fabulae scenicae, quibus litteras Britannorum locupletavit.¹¹

Sed labore indefesso¹² vires scriptoris celeberrimi infractae sunt, ut morbo diutino¹³ correptus anno 1870. mortem obierit. Sepultus est in Abbatia Monasterii Occidentalis (Westminster

1 álnév 2 iskola 3 ügyvéd 4 ismeret 5 kötet
6 regény 7 «ismeretes»
8 megindít 9 gyarapodik
10 kevésre 11 gazdagít
12 fáradhatatlan 13 hosszadalmas

Abbey), ubi ossa clarissimorum Britanniae scriptorum sita sunt.

Inter fabulas Romanenses, quas composuit, memoratu dignissimae sunt: Barnaby Rudge, Martin Chuzzlewit, Dombey et filius (D. and Son), Bleakhouse (Domus¹⁴ exilis¹⁴), Hard times (Tempora adversa), A Christmas Carol (Cantus¹⁵ Natalis¹⁵ Sacri¹⁵), The cricket on the hearth (Gryllus¹⁶ foci¹⁶) et praeter Pickwick-papers, cuius mentionem¹⁷ supra fecimus, David Copperfield, quam omnibus discipulis adultioribus¹⁸ vehementer commendatam esse volo, quia spes mihi inest ac fides hanc fabulam lectam malos fieri bonos, bonos meliores.

Dickens multum in ultima plebe versabatur,¹⁹ cuius vitae²⁰ rationem²⁰ moresque penitus²¹ perspexit.²¹ Qua notione²² vitae pauperum, sagacitate²³ in observandis rebus ridiculis, misericordiam sortis humanae, ridendis tristibus admixtis²⁴ venusta²⁵ redduntur poetarum opera, quibus lectorum animi intentissimi detinentur.²⁶

Omnes fabulae Dickensii hac sententiam

comprehendi²⁷ possunt: Estote boni et diligite vos inter vos; gaudium merum²⁸ nisi in affectibus²⁹ animi reperiri potest; permittite litteras hominibus doctis, superbiam nobiles, luxuriam divites; estote misericordes in miseros; homo tenuissimus³⁰ et despectissimus³¹ tantum valere³² potest, quantum potentium superbiorumque milia. Cavete³³ laedere animos subtiles,³⁴ qui semper, ubique, sub quoque veste vigere³⁵ possint. Humanitatem, misericordiam, veniam³⁶ pulcherrimam in homine esse credatis; verecundiam,³⁷ caritatem, amicitiam, lacrimam dulcissimas esse rerum humanarum. Vivere nihil³⁸ rei³⁸ est,³⁸ potentem, sapientem, clarum esse parum³⁹ est; utilem esse non sufficit. Tantum ille vixit, tantum ille est homo, qui flevit memor⁴⁰ beneficii sive dati sive accepti.

14 Puszta ház 15 Karácsonyi ének 16 Tücsök a tűzhelyen 17 említés 18 fölserdült 19 forgolódik 20 életmód 21 alaposan megismer 22 ismeret 23 éles elme 24 kever 25 bájos 26 lebilinesel 27 összefoglal 28 tisztá 29 érzés 30 jelentéktelen 31 megvetett 32 érne 33 óvakodik 34 gyengéd 35 virágzik 36 bocsánat 37 tisztesség 38 semmit sem ér 39 kevés 40 visszaemlékezve.



Novus rex.

Pica¹ in aëre prima avem ignotam conspexit, de qua ceteras amicas statim certiores² fecit.² Una avium ignotam ab urbe ventitare³ nuntiavit.

Alites⁴ enim tyrannidem⁵ aquilae amplius tolerare noluerunt, itaque novam sibi reginam eligendam esse decreverunt.

Quamobrem picam, palumbem,⁶ cornicem⁷ in urbem miserunt, ut reginam novam melius cognoscerent. Sed pica et palumbes in urbe capti sunt, cornix apud propinquos mansit.

Aves diu nuntios exspectabant, dum quodam die avis ignota iterum in aëre apparet.


Prae timore et aquila se abdidit,⁸ cuius corona in capite contremuit,⁹ immo etiam, cum avem novam altius volantem vidisset, decidit.

Paulo post strepitum¹⁰ magnam auditam aves omnes advolabant et reginam novam inspectam magnitudinem eius mirabantur.

Subito una avium in tergo¹¹ avis ignotae hominem, avium tyrannum, sedentem conspexit, sed propius ad eum advolare nemo earum audebat.

Mox aderant cornices, quae novam reginam vitam carere¹² nuntiarunt; deinde accuratius¹³ inspectam aves sellam¹⁴ viderunt sellamque a homine occupari. Tum exclamabant: Talem reginam vultis, in cuius tergo homo sedet? Quis unquam in tergo aquilae hominem vidit?

1 szarka 2 értesít 3 jöveget 4 szárnyas 5 zsarnokság 6 vadgalamb 7 varjú 8 elrejt 9 megremeg 10 zúgás 11 a hát 12 híján van 13 pontosabban 14 nyereg



Marcus. Paulus.

M. Unde nobis tam tristis venis, mi Paule? *P.* Si qui diutius¹ morantur² in officinis³ fabrorum⁴ aerariorum,⁴ nigriores fiunt, quid miraris, si ego, tot dies moratus apud duos aegrotantes,⁵ morientes et sepultos, tristior sum. *M.* Qui sunt sepulti? *P.* Nosti⁶ Georgium Kissium et Cornelium Kürthyum. Uterque mihi egregie⁷ carus fuit. *M.* Nomine tantum novi eos, de facie⁸ non novi. *P.* Eos lugeo.⁹ *M.* Ego nunquam adfui morienti. *P.* Ego saepius, quam vellem. *M.* Sed estne mors res tam horrenda,¹⁰ quam vulgo¹¹ praedicant? *P.* Iter ad mortem durius est, quam ipsa mors. Si quis horrorem¹² illum et imaginationem¹³ mortis excutiat¹⁴ animo, magnam partem mali sibi detraxerit.¹⁵

Denique aves despecto¹⁵ aëroplano exclamabant: Vivat regina nostra pristina, aquila!

Ad narrationem Iulii Szini:
L. Pausz.

Donum regis.

Ludovicus XI. puer commercium¹ habebat rustici aequalis,² cuius pater pulcherrimum habuit hortum. In hoc autem horto fructus optimi nascebantur.

Postquam Ludovicus regno potitus est, inter alios rusticus quoque eum adiens rapum³ singularis⁴ magnitudinis regi obtulit, qui memor temporis iucundi, quod cum rustico quondam egerat,⁵ mille coronas ei dari iussit.

Dominus illius pagi⁶ liberalitate⁷ regis compertā⁸ ita secum reputabat: ⁹ Si rusticus pro rapo vili¹⁰ mille coronas a rege accepit, quid ego, si equum pulchrum ei dederō, accipiam? Igitur nonnullos pulcherrimorum equorum secum duxit et in aulam¹¹ regiam adveniēns Ludovicum rogavit, ut unum

M. Cur Deus mortem tam formidabilem¹⁰ fecit? *P.* Ne passim¹⁶ sibi homines mortem consciscant.¹⁷ Hodie tam multi sibi mortem consciscunt. Quid esset futurum, si mors nihil haberet horribile.¹⁰ Quoties¹⁸ vapulasset¹⁹ servus aut filius, quoties discipulus a magistris vituperatus²⁰ esset, quoties periisset²¹ res aut aliud mali accidisset,²² protinus²³ ad laqueum,²⁴ ad flumen, ad venenum,²⁵ ad sclopetulum²⁶ currerent homines. Nunc etiam mortis acerbitas¹² nobis vitam reddit cariorem. Ut non omnibus eadem est nascendi ratio,²⁷ ita non est eadem omnibus mortis ratio. *M.* Recte loqueris, nam quosdam cita²⁸ mors protinus²³ liberat; alii lenta²⁹ morte contabescunt.³⁰ Sed quid de morte amicorum tuorum nobis narrabis? Utrius mors visa est honorificentior?³¹ *P.* Ego nun-

¹ hosszabban ² tartózkodik ³ műhely ⁴ kovács
⁵ betegeskedik ⁶ novi ismer ⁷ kiválóan ⁸ arc ⁹ gyászol
¹⁰ borzasztó ¹¹ általában ¹² borzadás ¹³ képzelet
¹⁴ kivetkőztet ¹⁵ «megszüntet» ¹⁶ szélében
¹⁷ okoz ¹⁸ ahányszor ¹⁹ kikap ²⁰ megdorgál
²¹ elvész ²² történik ²³ rögtön ²⁴ hurok ²⁵ méreg
²⁶ pisztoly ²⁷ körülmény ²⁸ gyors ²⁹ lassú ³⁰ elsorvad
³¹ tiszteletre méltó

eorum dono accipere ne abnueret.¹² Rex maxime laudavit veredum,¹³ quem sibi elegit et non minus laudavit nobilem animum donatoris, qui exspectatione¹⁴ summā erectus¹⁴ audiebat verba Ludovici: Hoc edepol¹⁵ animal est pulcherrimum, neque tibi ego ingratus videri volo.

Tum rex duos servos rapum illud ingens apportare iussit. Qui cum advenissent, Ludovicus rapum viro nobili his verbis donavit: Hoc rapum est res omnium mirabilissima, quas possideo.¹⁶ Unus colonorum¹⁷ tuorum mihi illud apportavit, pro quo homini tuo mille coronas dederam. Nunc autem remunerationem¹⁸ tibi dono pro equo, quem mihi grato animo obtuleras.

Ad narrationem Britannicam:
Franciscus Sziklai.

¹⁵ megvet.

¹ érintkezés ² egykorú ³ répa ⁴ rendkívüli ⁵ tölt
⁶ falu ⁷ bőkezűség ⁸ megtud ⁹ gondolkodik ¹⁰ silány
¹¹ udvar ¹² vonakodik ¹³ paripa ¹⁴ feszült várakozással
¹⁵ valóban ¹⁶ bir ¹⁷ paraszt ¹⁸ viszonzás(ul).

quam vidi duos tam dispari³² morte morientes. Si vacas³³ audire, describam excessum utriusque; iudica tu, utra mors sit optabilior³⁴ homini pio. *M.* Ipse nihil audivero cupidius. *P.* Ergo de Georgio prius audi. Ubi mortis iam certa signa apparuerant,³⁵ medicorum³⁶ caterva,³⁷ qui diu aegrotum curabant, coeperunt mercedem³⁸ poscere. *M.* Oblivisceris³⁹ aliquid, Paule. Etiam meus pater medicus est, qui... *P.* Cur me interpellas,⁴⁰ priusquam mea verba exaudias. *M.* Quia novi⁶ mentem tuam. Non amas medicos. *P.* Hoc omnino⁴¹ non dicam. Amo et magni⁴² aestimo medicos, qui nos curant, sed non amo eos, qui tantum pecuniam spectant. Ceterum nunc iam dies vergit,⁴³ alia occasione materiam⁴⁴ inceptam porro⁴⁵ tractabimus.⁴⁶ Vale! *M.* Et tu.


E Publilii Syri Sententiis.

1. Ad paenitendum¹ properat, cito qui iudicat.
2. Aliena² nobis, nostra plus aliis placent.
3. Amicitiae coagulum³ unicum est fides.
4. Amici mores noveris,⁴ non oderis.
5. Animo imperabit sapiens, stultus serviet.
6. Avarus⁵ animus nullo satiatur⁶ lucro.⁷
7. Audendo⁸ virtus crescit, tardando⁹ timor.
8. Beneficii accepti nunquam, dati cito obliviscere.¹⁰
9. Beneficium accipere est libertatem vendere.
10. Bona fama in tenebris¹¹ proprium splendorem obtinet.
11. Bonum supprimitur,¹² sed nequaquam exstinguitur.¹³
12. Brevis ipsa vita est, sed malis¹⁴ fit longior.

Ad. Danczer.

³² különböző ³³ ráér ³⁴ kívánatos ³⁵ jelentkezik
³⁶ orvos ³⁷ sereg ³⁸ jutalom ³⁹ elfelejt ⁴⁰ félbeszakít
⁴¹ általában ⁴² sok-ra ⁴³ hajlik, vége felé jár
⁴⁴ anyag ⁴⁵ tovább ⁴⁶ tárgyal.

¹ megbán ² idegen (dolgoz) ³ összetartó kapcsolat
⁴ ismerd ⁵ fősvény ⁶ jóllakik ⁷ nyereség ⁸ mérészel
⁹ késlettet ¹⁰ elfelejt ¹¹ sötétség ¹² elfojt ¹³ kiolt
¹⁴ bajok által.



Apud omnes populos orbis terrarum magni aestimatur ars volandi et remotissimus¹ quisque ad usum belli praeter pedites, equites torquentariosque,² quos dicunt, quar-



tum genus militum instruere conatur: aërios.

In exercitu nostro Hungaro-Austriaco ars volandi pulcherrimos iam progressus³ fecit, cuius rei fama ubique gentium pervagata est. Libenter igitur exteri milites ad nos rei aëriae discendae causā mittuntur. Novissime Sinenses, occultissimus⁴ ille populus, tres milites ad nostrum exercitum miserunt, qui aëronautae fierent; tres iuvenes fortes, audaces, sine cirro⁵ pendente.⁵

¹ távollakó ² tüzér ³ haladás ⁴ zárkózott ⁵ hajfonat.



Undecim iuvenes Hungari novissime urbes Germaniae et Britanniae circumibant, ut follis¹ pulsandi¹ certamina cum exterarum gentium iuvenibus inirent. Monaci² quater follem in portam adversam pulsabant (ad-

¹ rúgólabda ² München

versarii semel in portam Hungarorum), Hamburgi quinquies (adv. ter), Breae quinquies (0), Berolini quater (2), altera occasione septies (2). In urbe Woking ter (2), Londinii, ubi cum lusoribus artem³ quaestūs³ causā³ profitentibus³ certandum erat, semel tantum, cum adversarii quater follem in portam nostrorum pulsarent.

Post tot victorias domum revertentes a maxima hominum multitudine in statione viae ferratae excipiebantur, ubi Stephanus Bárczy, praefectus⁴ urbi⁴ eos consalutavit. Viae, quibus nostri in urbem incedebant,⁵ vexillis⁶ sublatis insignes erant, dum iuvenes omni multitudine comitante, quamquam frigore acuto, in palaestram⁷ pervenirunt, ubi novissimis pignoribus⁸ caritatis⁸ afficiebantur.

³ professzionista ⁴ polgármester ⁵ bevonul ⁶ zászló
⁷ versenypálya ⁸ szeretet jelei.



Carolus Favez, magister gymnasii (Chaux de Fonds) ad moderatorem litteras misit hoc¹ exemplo: ¹ «Haud sine voluptate in tua ephemeride, cui subnotavi, legi, quae de fabula Plauti apud vos acta sunt scripta. Itaque putavi gratum tibi me posse esse, si te certiozem faciam in gymnasio Genavensi apud Helvetios anno 1910, vere, discipulos quoque Medeae Euripidis magnam partem graece, Amphitruonis Plautini nos complures scenas inter se nexas² latine magno cum lepore egisse». Quod cum lectoribus communicasse maximo nobis gaudio erat.


Octingentis quadraginta milibus coronarum vendidit Robertus Holitscher architectus³ Budapestinensis thesaurum⁴ tesserarum⁴ Belae Szekula tesserarum negotiatori.⁵ Venditor ante octo annos colligere coepit tesseras, quas primum filio tantum emebat, deinde autem adeo adamavit, ut rariores

sibi ipsi collegerit. Maximi pretii tesseras comparavit antiquas Germanicas, Italicas, Brasilianas, Hannoveranas. Pretiosissimus vero est thesaurus tesserarum Hungaricarum. Hispanicae tesserae solae Holitscheri centum septuaginta milibus coronarum aestimabantur.

Thesaurus totus septemdecim voluminibus continetur, quibus inest tessera una, quae octo milibus coronarum constat.

Architectus venditionem⁶ renuntiari⁶ voluit, quia hominem ditissimum paenitet a deliciis suis abruptum⁷ esse⁷ et emptori centesimis⁸ iam denis⁸ plus repositurus⁹ est, sed frustra.

Prope Parisios, in statione viae ferratae suburbanā¹⁰ Pont-des-Coquetiers, quae




chilometra duodecim abest ab urbe, calamitas maxima facta est. In vecturam enim in statione commorantem¹¹ altera invehebatur, ita ut sex homines necati, viginti vulnerati sint.

Novi Eboraci in aedibus societatis¹² Equitable, cautionem¹² faciendi,¹² incendium conflatum¹³ est, quod post hominum memoriam gravissimum atque atrocissimum dici possit. Hac clade uno die centies¹⁴ millena¹⁴ milia¹⁴ absumpta sunt et quod omnibus opibus carior est: vita complurium hominum. Aedificium quindecim contignatio-

¹ e szavakkal ² összefüggő ³ építő ⁴ bélyeggyűjtemény ⁵ kereskedő ⁶ a vásárt érvényteleníti ⁷ megvállik ⁸ 100/o ⁹ visszafizet ¹⁰ külvárosi ¹¹ tartózkodik
¹² biztosítótársaság ¹³ támaszt ¹⁴ 100,000.000

num¹⁵ percalefacta¹⁶ ignem concepisse videtur. Incendio 17 oriente duo milia hominum in domo fuisse feruntur, qui quia machinae¹⁸ vectoriae¹⁸ ob fumum densissimum inutiles factae sunt, vix servari poterant. Haec calamitas tantam vim¹⁹ habuit ad rationes²⁰ pecuniarum,²⁰ ut solutione²¹ ad tempus impeditā²¹ Novi Eboraci fides²² paene conciderit.²² Ex arcis²³ Societatis, quae ruinā domus premebantur, plurimorum argentariorum²⁴ thesauri depositi aegre proferebantur.



Eichler erat nomen redemptoris²⁵ libellorum famosissimorum,²⁶ qui Nick Carter, Buffalo Bill etc. inscribuntur. Hic vir in urbe Dresda, quoniam in litteris²⁷ illis sordidis²⁷ novissime nullum quaestum²⁸ facere poterat, sua manu sibi mortem conscivit.²⁹ Quamquam mors cuiusque hominis dolenda est, tamen aliquid solatii inde haurire possumus, quod homines talibus rebus delectari desinant.

¹⁵ emelet ¹⁶ központi fűtés ¹⁷ túlhevít ¹⁸ lift ¹⁹ hatás
²⁰ pénzviszonyok ²¹ fizetés megakad ²² a hitel meg-
inog ²³ arca pénztár ²⁴ bankár ²⁵ kiadó ²⁶ hírhedt
²⁷ szennyirodalom ²⁸ nyereség ²⁹ okoz.

Quo vadis? XVIII.

Ad fabulam *Henrici Sienkiewiczii* latine scripsit *Adalbertus Danczer*.

Iuvenis quasi ad novam vitam excitatus animum¹ nunc colligere¹ studebat. Gaudebat victoriā, quam modo de se ipso reportaverat. Sed quamquam prorsus² recte sibi egisse videbatur, cum Chilonem plagis tractandum curasset, tamen resonare sibi videbatur vox Graeci ad poenam³ luendam³ tracti: «*In nomine Christi parce mihi!*...» Dispensatorem accessit⁴ iussit.

— Domine, Graecus senex animo relictus, si non mortuus est.

— Redde⁵ ei animum⁵ et fac veniat huc.

— Domine, magnus es et clemens, surrebat voce deficiente⁶ Chilon intrans paene exanimatus.⁷

— Canis nequissime — clamavit Vinicius — scito, me tibi nisi in nomine Christi ignoscere, cui et ipse vitam debeo, quae in manu Ursi erat, cum... Nunc veni et monstra mihi domum, in qua Lygia habitat.

Sed Graeculus et plagis et fame adeo debilitatus⁸ erat, ut pedibus stare vix potuerit. Demum cibo potuque refectus cum Vinicio domum reliquit.

Longum erat iter, donec in regionem Transiberinam ventum est. Chilon casam parvam fronde tectam monstravit.

— Bene est. Nunc apage!⁹ Quoque mense aureos duos a me accipies, sed obliviscere, ubi habitat Petrus, Glaucus ceterique.

— Omnia obliviscor, domine, quae iusseris. Sed vix Vinicius in viam deflectens¹⁰ oculis abierat, Graecus manu compressa¹¹ minitans:


— Per Acten et furias nihil obliviscar!

Vinicius domum intrans Apostolos cum ceteris Christianis conspexit, quos adventu suo mirantes sic allocutus est: In nomine Christi, quem veneramini, vos saluto. De virtute et benignitate vestra mihi persuasi, itaque amicus ad vos venio.

— Nos quoque amicum te salutamus — respondit Petrus. — Conside domine, et cenā nobiscum.

— Libentissime, sed prius audiatis me! Scio, ubi sit Lygia; nunc ipsum ante Lini domum vicinam steti. Iure mea est puella, quia a Caesare mihi adiudicabatur.¹² In urbe circiter quingenti sunt mihi servi, quorum auxilio illam auferre possim. Neque tamen hoc faciam, quamquam sine illa vitam ago tristissimam. Sed ex quo vos novi, animus meus mutatus est, ita ut amplius non adducar,¹³

¹ magát összeszedi ² teljesen ³ bűnhődés ⁴ hív
⁵ életének megkegyelmez ⁶ elhaló ⁷ megholt ⁸ el-
gyöngül ⁹ takarodjál ¹⁰ befordul ¹¹ ökölbe szorít-
tott ¹² odaitél ¹³ rászánja magát



ut vim¹⁴ adhibeam.¹⁴ Quomodo hoc factum sit, ignoro. Nunc vos adeo,¹⁵ quia patris et matris vicibus¹⁶ apud Lygiam fungimini.¹⁶ Date mihi in matrimonium eam! Iuro vobis, me nunquam vetitum eam Christum vene-



rari, immo eam rogaturum, ut me de vestra religione edoceat. Neque enim vobis, neque Christo inimicus sum. Alius fortasse dicat: Baptizate me! ego autem dico: Erudite¹⁷ me! Sunt enim dubitationes, quibus crucier. Tollite tenebras, quibus opprimor, quia didici Graeciam esse patriam sapientiae et pulchritudinis, Romam vero subegisse¹⁸ orbem terrarum. Vos, vos rogo, quid affertis?

— Nos caritatem ferimus, respondit Petrus; Paulus autem Tarsius dixit: *Si linguis hominum loquar et Angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans¹⁹ aut cymbalum tinniens.*²⁰ Itaque benedico te tuumque amorem in nomine Christi.

— Vinicius his auditis animo²¹ ardentissimo²¹ ad Apostolum invasit.²²

Et nunc res singularis²³ facta est. Proles²⁴ superba Quiritium, qui adhuc neminem peregrinum sui similem aestimavit, Galilaei

grandaevi manum arripuit eumque ardentissime labris²⁵ admovens, exosculatus est.

Interea Lygia, quam Apostoli arcessi iusserunt, apparuit, nescia etiam Vinicium adesse. Rubore²⁶ perfusa²⁶ conspexit iuvenem. Sed oculi puellae nisi vultus benignos videbant. Apostolus autem manu eius comprehensam interrogavit: Amasne eum?

Puella capite submisso²⁷ ad genua viri sancti procumbens respondit: amo eum... Proximo momento Vinicius iuxta eam delapsus est.²⁸

Petrus benedicens manus capitibus eorum his verbis imposuit: amate vos inter vos in Domino, ad honorem eius; nullum enim vitium amori vestro inest.

14 erőszakot alkalmaz 15 fordul valakihez 16 helyettesít 17 felvilágosít 18 leigáz 19 peng 20 cseng 21 lelkendezve 22 feléje rohan 23 különös 24 sarj 25 ajak 26 elpirul 27 lehajt 28 leborul.



Diogenes philosophus aliquando lucernam¹ accensam gestans obambulabat² in foro luce³ clarissima,³ quaerenti similis.

Rogantibus, quid ageret? respondit: Hominem quaero, notans⁴ publicos civitatis mores, vix homine dignos.

Cum Conradus III. anno 1140. urbem Weinsberg oppugnaret, omnis commeatus⁵ oppidanos defecit,⁶ ita ut se dedere⁷ cogerentur. Mulieres imperatori ingredienti obviam euntes obtestabantur, ut sibi suisque parceret. Conradus precibus mollitus⁸ concessit rogantibus, ut quaeque efferret, quod maxime amaret. Mulieres tum ad maritos procurrentes, eos quasi tergis⁹ impositos extulerunt. Ex quo tempore arx, nunc iam ruinae, Fides Muliebris (Weibertreu) nominatur. *Bartholomaeus Fenyő.*

Paulus, qui horam decimam domum ire debuit, a magistro poenae causam usque ad

1 lámpa 2 járkál 3 világos nappal 4 megbélyegez 5 élelem 6 elfogy 7 megad 8 meglágyít 9 a hát

horam primam in schola retentus¹⁰ est. Domi mater eum rogavit:

— Ubi fuisti? Pro decima tu primā domum venis?

— Matercula, nunc est decima.

— Non audis campanam¹¹ sonare?¹² Hora prima nuntiatur.¹³

— Carissima mater, hora decima est, quia campanā zero¹⁴ non nuntiatur. *E. Hoffmann.*


— **Matercula**, cur non loqueris inter coquendum?

— Quid loquar, mi fili?

— Velut: ecce, Georgi, crustulum!

Geisa Láng.

10 visszatart 11 harang 12 szól 13 «üt» 14 nulla



I.

6	4	5	tempus iucundum	
5	7	3	7	incolit paludes
1	7	3	4	initium diei
2	3	praepositio		
1—7	dea Romanorum.			

Anonymus, Érsekújváriensis.

II.

Crudelitas, vulpes, societas, speculum, iustitia, initium, compositio, temperantia.

Haec vocabula ita ordinentur, ut primi littera prima, secundi secunda, tertii tertia cet. continenter¹ lectae nomen efficiant terrae, hoc tempore ab omnibus saepissime nominatae.

Guil. Lehm., Vratisl.

III.

Vocabulum constat e duabus syllabis: primā, qua incipit nomen dei, equitis celeberrimi, Romani ad veritatem confirmandam utebantur; altera significat vinculum iuris. Totum est exigua² corporis pars.

Lud. Szarka.

IV.

Consto e tribus litteris. Prima cum secunda significat litteram Graecam, secunda cum tertia partem corporis, tres iunctae in herbis et graminibus suspensae³ cernuntur crystallis similes. Sole fulgente⁴ frustra totum quaeras.

Carolus Poscheno.

¹ összefüggésben ² csekély ³ lebegve ⁴ ragyog.


V.



Solutiones aenigmatum numeri 9.

I. Pater habet 84 margaritas minores et 6 maiores. Filius primus habet 7 minores et 3 maiores, secundus habet 28 minores et 2 maiores, tertius habet unam maiorem et 49 minores margaritas. — II. Corpus. — III. Decem-b-r m-ensis (t)est(a) (v)anni = December mensis est anni.

Aenigmata recte dissolverunt: L. Böhm, Tib. Fehrentheil, F. Nagel, L. Szarka, B. Arányi, I. Bernier, F. Borsay, L. Böhm, C. Csóka, P. Doisy, S. Erdélyi, L. Fodor (Karczag), Z. Grósz, N. Hohenburger, F. Hollós, Z. Járosy, D. Kollár, M. Lamács, P. Lemerrier, T. Maćkiw, G. Nagy, I. Óváry, H. Pallós, G. Parragh, F. Rátóthy, S. Sombory, L. Sommer, G. Vályi, R. Zombory, P. Zsótér. Praemium *Zollano Járosy* adiudicatum est.



Lhm. Vratislaviae. Iterum atque iterum tibi gratias ago, vir honoratissime, pro benevolentia, quo meque Iuventutemque honorare placuit. Ille Sch. cum maximo nostro dolore brevi ante obiit. Erat studiosus litterarum Lat. in universitate. Iam ei Iuventus exhiberi non potest. — *Z. Hallay.* Pergratum etiam nobis feceris, si longiora quaedam mittes. — *Ad lectores Italos.* Si cui vestrum linguā Italicā cum adolescente Hungaro commercium litterarum inire placeat, litteris adeat *Carolus Tertis* Budapestini, II. Lövház-utca 16. — *Anonymus.* Perpulchre bestiolas delineasti, sed pro tapiro aliud pone animal. Praeterea te rogo, ut bestias ordine aliam sub alia delinees, nisi me illās denuo delineandas curare velis. Sed cur me nomen tuum celas? — *-il.* Pro utrisque gratias tibi ago, carissime amice. Alterum, longius Cal. Apr., qui numerus duplex futurus est, prodibit. Vehementer enim dolerem, si in duas partes dissecandum esset. Alterum prius vulgabitur. Quod ad Romam attinet, fieri potest... Vale! — De reliquis proxime.

Moderator ephemeridis **STEPHANUS SZÉKELY DR.** Budapestini, *Üllői-út 71.*, ad quem litterae quaecunque mittantur.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.

Budapestini, ex officina consortii Stephanaei.